

PRIMI PARAL.

Ihes eius, & Iorā filius eius, & Zich'ri filius eius, & Selomith filius eius. Iste quinque fratres numerantur orti de Elihezer, altero filio Moysi. Ipse Selomith & fratres eius super omnes thesauros sanctitatum quas sanctificauit. hoc est dicauit Deo. David rex: & capita familiarum tribuni & centuriones & duces exercitus. De bellis & de spoliis sanctificauerunt ad instauracionem & suppellectilem templi domini. Hebraicē habetur. ad roboretandum pro domo Iehouah. hoc est ad faciendum thesaurum robustum pro domo Iehouah. ad hoc enim obtulerat David cum dictis principibus. *Hec autem vniuersa, Iuxta Hebræum habetur.* Et omne quod sanctificauit Samuel videns & Saul filium Cis, & Abner filium Ne, & Iacob filium Zeruia: omnis sanctificans, super manum Selomith & fratribus eius. Quāvis ista à Samuele & Saule nō fuerint pro ædificādo domo Dei, fuerunt tamen pro opportunis ad diuinum cultum dicata & sub præfectis iis seruata.

Izbariū vero præcerat Chenanias. Iuxta Hebræum habetur. *Ad Izbari Chenan' iahū & filij eius ad opus forinsecus super Israēl.* Nomen proprium est Izbari géritis ortus à fratre Hamram Izbari. prosequitur enim quatuor propositas gētes Leuiticas: perinde ac dictum fuisse quo ac Izharitas, Chenanias & filij eius præfecti sunt ad opera forinsecus super Israēl. Et est sermo de operibus subditis Leuitis. Et quod dicitur forinsecus, relatiū ad Ierusalem intelligendum est. Quā fuerint ista opera, non liquet: ex eo tamen quod dicitur super Israēl, insinuatur opera esse communia vniuerso Israēli. Quod autem subditur. *ad docendum & iudicandum eos.* Hebraicē habetur. *in præfectos & iudices.* officium enim istorum explicatur ad præsidentum & iudicādum opera foris super Israēl. *Porto de Hebronitis.* Sensus bene redditur: Hebraicē tamen habetur. *Ad Cheb'roni.* quemadmodum dictum est ad Izbari. significantur enim Leuitæ Hebronitæ, quemadmodum significati sunt Leuitæ Izharitæ. Nec est nomen partium à ciuitate Hebron, sed nomē gentile à tertio filio Cehath: à quo nominata est gens Hebronita, sicut ab Hamram Hamramita & ab Izhar Izharita. *Chasab' iahu & fratres eius vires fortissimi.* Hebraicē habetur. *filij fortitudinis mille & septingenti.* Quod autem subditur. *præcerant Israēli.* Hebraicē habetur. *super ordinacionē Israēlis trans Iarden.* Hinc colligitur quod Izharite præfecti super Israēl nō intelligūtur præfecti super vniuersum Israēl, sed super Israēl cis Iordanem. Ita quod dicēdo foris excluditur

CAPVT. XXVI.

394

cluditur Ierusalem, & dicendo super Israēl comprehenditur dūtaxat Israēl cis Iordanem: quoniam trans Iordanē præfecti sunt Hebronitæ. Idem autem intelligo significari nomine ordinacionis quod significatū est nomine operū. in vniuerso siquidem Israēle sparsa erant opera ordinata seu ordināda ad ea quae sunt Dei: & super hēc præfecti sunt Leuitæ. contra occidentem. Hinc apparet quod non præfecti sunt isti vniuersæ regioni trans Iordanem: sed vni dūtaxat parti. *ad omne opus domini, & ad ministerium regi.* Extensem est officium istorum etiam ad ea quae regis erant: cū ex proprio officio nō incumberet illis cura nisi operum relatorum ad summum Deum. Hebronitarum autem princeps fuit Ierias secundum familias & cognationes eorum. Mutila est hēc particula; nā Hebraicē habetur. Ad Cheb'roni Ieri'ia princeps, ad Cheb'roni secundum generationes suas per familias. Ad differentiam Hasabiæ & præscriptorum qui præfecti sunt trans Iordanem, describitur quod Ierias fuit princeps Hebronitarum: ne erraretur enim intelligendo Hasabiām fuisse principem gentis Hebronitæ, declaratur quod Ierias fuit princeps Hebronitarum secundum omnes familias Hebronitarum. *quadragesimo anno regni David recensiti sunt.* hoc est parum ante mortem Davidis: nam regnauit quadraginta annis & mensibus sex. Et tempus hoc intellige referri non solum ad subscriptos, sed ad superscriptos Leuitas. insinuatur enim quod tunc ordinavit David huiusmodi præfectos, & similiter supradictas divisiones sacerdotum & Leuitarum. *& inueniuntur in eis potentes fortitudine in Iab'zer Ghilhad.* Nomen est ciuitatis lazer in regione Ghilhad: & erat ciuitas Leuitarum. Et fratres eius, hoc est Haziellitæ. hēc enim quarta gens prænominata, supererat præficienda: & propterea tanquam sola residua, non est nomine proprio repetita, sed fraterno. narratur enim quod fuerunt requisiti & inueni etiam fratres eius, scilicet Ierias Hebronitarum ducis. Melius tamen legeretur. Et fratres sui, referendo fratres trium aliarum gentium Haziellitas: istorum siquidem fortitudo & numerus subiungitur. *robustior etatis.* Hebraicē habetur. *filij fortitudinis.* hoc est valde fortes. *duo millia & septingenti principes familiarum:* constituitque eos David rex super Reubenitas & Ghaditas & dimidiam tribum Menas. Hoc dicitur ad differentiā alterius partis trās Iordanem, cui præfecti sunt Leuitæ Hebronitæ. Et hinc colligitur

PRIMI PARALI.

colligitur quod præter Rubenitas Ghaditas & dimidiā tribū Menassis, erant multi alij trans Iordanem subditi regno Dauidis & diuinis operibus. *in omne ministerium Dei & regis.* Hebraicē habetur. *ad omne verbum Elohim & verbum regis.* Etiam istorum officium extensum est ad ea quæ regis erant. Et appellatione verbi intellige rem: tam enim ad res Dei quam ad res regis præfecti sunt Leuitæ isti super istas duas tribus & dimidiā.

CAPVT XXVII.

Riij autem Israhel secundum numerum suum principes familiarum: & tribuni & centuriones & præfectorum ministrantes regi, iuxta turmas suas ingrediētes & egressientes, iuxta Hebræum habetur. *ad omnem rem diuisionum ingredientem & egrediētem per singulos menses, per omnes menses anni: diuiso una, vigintiquatuor millia.* Expeditis distributionibus Leuitarum quas fecit rex Dauid, narratur dispositio regni secundum diuersas distributiones officiorum ordinata ab ipso Dauid. & primum describitur ordo militaris distributus in duodecim partes iuxta duodecim anni menses, ita quod quilibet pars suo mense ministraret regi. & erant partes æquales: utpote continente quilibet vigintiquatuor millia hominum. Ad quid autem quilibet pars suo mense seruiret, describitur hic dicendo ad omnem rem diuisionum ingredientem & egrediētem. Significanter adiungitur diuisionum, ad differentiam rei tam superantis vires partis vniuersi (ad quam opus erat maiorem exercitum cogere) quam minoris ad quam sufficiebant ordinarii ministri iustitiæ. turmæ enim istæ duodecim militares erant: & quilibet suo mense ad obuiandum rei cuilibet diuisionum (hoc est spectanti ad huiusmodi distributionem militum) seruiebat. Quod autem dicitur ingredientem & egrediētem, significat ad omnem rem huiusmodi vbiunque euenerit, ad quemcunque locum opus fuerit ire. significant enim Hebræi per ingredi & egredi vniuersas differentias locorum: immo & vniuersas actiones locales.

Turma prima in primo mense præcerat Iasobham filium Zabdiel: & in turma eius vigintiquatuor millia. De filiis Perem, caput omnium principum exercituum in mense primo. Prima turma principi ex tribu Iudea data est, propter dignitatem regiam quam assecuta erat tribus Iude: & primæ turmæ princeps propterea prælatus

CAPVT XXVII.

379

prælatus est non solum suæ turmæ, sed etiam reliquis principibus undecim turmarum. Turmam autem secundi mensis habebat Dodai Achochites, & post se alterum nomine Macelloth qui regebat partem exercitus vigintiquatuor milliū. Hebraicē habetur. & diuiso eius, & Mic'loth dux: & super diuisionem eius vigintiquatuor millia. Et est sensus quod diuiso erat propria ipsius Dodai, veruntamen ipse non personaliter præsidebat illi sed Mic'loth erat dux illius diuisionis. Iste enim Dodai cū persona regis forte erat: & propterea concessum est ei surrogare ducem suæ turmæ. Simile autem quid scribitur in tertia turma. Princeps exercitus tertij in tertio mense, erat Ben'iah filius Ieho' iadah sacerdotis: & in diuisione eius vigintiquatuor millia. Ipse est Ben'iah potens in triginta & super triginta: & diuisione eius præcerat Hammizabad filius eius. Quartus in mense quarto Hazaël frater Ioab. Quæstio statim oritur: eo quod nō est posibile Hazaëlem viisse tempore quo Dauid hunc ordinem statuit, nam Hazaël (vt patet secundi regum capitulo secundo) occisus est regnante Dauide in Hebron, viuente adhuc Iacobeth rege Israhel, impossibile est enim quod tūc David ordinauerit duodecim turmas quarum quilibet comprehéderet vigintiquatuor millia viorum militarium. Solutio est quod ordinem duodecim præfectorum iuxta ordinem mensium ordinauerat Dauid cum regnaret in Hebrō: & tūc Hazaël decretus est quartus præfector. Numerum autem ad vigintiquatuor millia extendit Dauid postquam fuit rex super vniuersum Israhel. Et quarta turma data est filio Hazaeli: & propterea in litera dicitur. & Zebad'ia filius eius post eū, quia successit patri. & in turma eius vigintiquatuor millia. Quintus in mense quinto, princeps Samuh'ib Iixach: & in turma eius vigintiquatuor millia. Sextus in mense sexto, Hirah filius Hecohites: & in turma eius vigintiquatuor millia. Septimus in mense septimo, Chelē Pelonites de filiis Eph'raim: & in turma eius vigintiquatuor millia. Octauus in mense octavo, Sibbechais Chusathites de Zarchi: & in turma eius vigintiquatuor millia. Nonus in mense nono, Abiheler Hannethites de filiis Lemini: & in turma eius vigintiquatuor millia. Decimus in mense decimo, Maharaï Netophathites de Zarchi: & in turma eius vigintiquatuor millia. Undecimus in mense undecimo, Ben'iah Pir'athonites de filiis Eph'raim: & in turma eius vigintiquatuor millia. Duodecimus in duodecimo mense, Cheldai Netophathites de Hothniel: & in turma eius 24. millia.

Et

PRIMI PARALI.

ET super tribus Israeli. Narrato ordine militarii virorum in regno Davidis seruato, subiungitur ordo seruatus in regimine populi. & scribitur quod singulis tribubus praefecit rex singulos gubernatores: quorum nomina subiunguntur. Reubenius dux Elihezer filius Iacob: Simhonius Sepha' iahu filius Mahache. Lewites Chas'ia filius Cemuel: Aharoni Zadoc. Iehuda Elihu de fratribus David: Iisachar Hori filius Michael. Zebulun, Iosnah' iahu filius Hobad' iahu: Naphthali Ierimoth filius Haxiel. Filiis Eph' raim, Hoseah filius Hax' iahu: dimidio tribui Menaessi, Ioel filius Peda' iahu. Dimidio Menaessi in Ghilbad, Iddo filius Zechar' iahu: Bin' iamin, Iah'siel filius Abner. Dan' hazar el filius Ierochan: isti principes filiorum. Legendū est, tribuum Israel, erant enim praefecti tribubus.

Non levauit autem David numerum eorum à filio viginti annorum & infra: quia dixerat dominus quod multiplicaret Israelem quasi stellas cœli. Ratio redditur quare non scribitur numerus virorum cuiusque tribus quemadmodum scriptus est numerus militum cuiusque turmæ: ratio inquam redditur, quia David noluit ut numeraretur populus infra vigesimum annum, ne offenderet Deum: qui decreuerat populum fore innumerabilem quemadmodum stellas cœli, promittendo multiplicare ipsum sicut stellas cœli. Ioab filius Zer'ie caput numerare, & non cōpletus. Ratio redditur quare non scribitur certus numerus virorum cuiusq; tribus à vigesimo anno & supra, cum ista numeratio non sit in lege prohibita: ratio inquam redditur quia semel duntaxat tempore Davidis facta est huiusmodi numeratio, & habuit duo impedimenta. alterū ex parte Ioab cui commissa est numeratio, quod incepit numerare sed non finiuit. alterum ex parte Dei. quia super hoc ira Dei irruerat in Israël. Hebraicē habetur. & fuit in hoc ira super Israël. De hac ira scriptum est in calce secundi regum, & in vigesimoptimo capitulo huius. Nec hic describitur ut impedimentum inter numerandum (quia Ioab retulit numerum ad regem) sed ut impedimentum redigendi numerum allatum à Ioab in libros annales regis David. media enim fuit diuina vicio inter numerationem (quoniam imperfectam) & relationem numeri in libros regios. Vnde hebraicē subditur. & nō ascendit numerus in numerum verborum dierum regi David. Vbi clarae appetit sententia expedita.

Super

CAPVT XXVIII.

376

Super thesauros autem regis fuit Haxmael filius Hadiel: & super thesauros in agro in ciuitatibus & in villis & in turribus, fuit Iehonathan filius huxxi iahu. Post prefectos militum, post prefectos tribuum, describuntur prefecti super thesauros regis pro domestica familia alenda. Super facientes autem opus agris ad culturam terræ, fuit Hexi filius Chelub. Et super viueas Simhi Ramathites: & super cellas vinariae, Zabdi Siphmites. Super oliueta autem & ficeta que erant in campis tribubus, Bahal' chanan Ghederites: & super cellas olearias Iohas. Super boues autem pascentes in Saron, Sit' rai Saronites: & super boues in vallibus, Saphat filius Had' lai. Super camelos autem, Obil Iismchelites: & super asinas Iechde' iahu Meronothites. Super oves autem, Laz' Hag'rites: omnes isti principes substantia regis David. Si queris unde David tantam agrorum &c. copiam habuerit. in promptu est responsio quod ex tot victoriis diuitias multas habuit hostium: & inde armenta gregesque: inde emit agros, vineas & oliueta &c. vt haberet rex ex propriis prouentibus alimenta, & minus grauaret populum veetigalibus, Iehonathā autem patruus David consiliarius, vir prudens & literatus. Iuxta Hebræum habetur. vir intelligens & scriba ipse. Quarto siquidem loco describuntur optimates absentes regie personæ in gubernatione totius regni: & laudatur consiliarius iste patruus Davidis tum quo ad intellectum, tum quo ad peritiam literarum. & Iechiel filius Cehachmoni cum filiis regis. Simulta significata monstrat hos similes filii regis. in cuius sensus signum soli subiunguntur viri in suprema dignitate constituti. Et Achitophel consiliarius regis. Et hinc quoque clarae appetit quod prefectorum in hoc capitulo ordinatio, non fuit facta anno quadragesimo regni Davidis, quo fuit decreta distributio sacerdotum & Leuitarum: sed fuit coœua regno Davidis quoniam sit postea scripta. & Chusai archites amicus regis. Et post Achitophel Ieho' iadah filius Ben' iahu & Eb' iathar: & princeps exercitus regis Ioab.

CAPVT XXVIII.



Ongregauit autem David omnes principes Israël, principes tribuum & principes turmarum ministrantes regi & tribunos & ceteros & principes substantia & possessio regi & filiorum eius cum eunuchis & potentibus & omnibus potentibus fortitudine ad Ierusalaim. Quia lege prohibitus erat facere eunuchos, ideo questio oritur quomodo

quomodo Dauid vocauerit eunuchos. Solutio est quod eunuchus non est hic nomen priuati generationis officio, sed nobilis in regia curia officii. communicabat siquidem in vocabulis curia regis Dauidis cum curiis aliorum regum: apud quas eunuchus erat nobilis officii nomen, ut in suprascriptis legimus historiis.

*Cumque surrexisset & stetisset Dauid rex. Deficit super pedes suos. Senex erat rex Dauid & iacebat: & propterea scribitur quod congregatis principibus surrexit & stetit super pedes suos allocuturus principes. ait, audite me fratres mei & populus meus: cogitani ut adificarem domum in qua requiesceret arcus fidei-
ris domini & scabellum pedum Dei nostri. Hinc habes quod arca erat velut scabellum pedum relatiuè ad sedentem in propitiatorio. nisi enim talis habitudo fuisset inter arcam & tabellam propitiatorii quæ erat velut sedes Dei, nequaquam appellas Dauid arcam scabellum pedum Elohim nostri. & ad adificandum omnia preparauit. Superfluit omnia. Deus autem dixit mibi. Nomen est Elohim: sed hæc exposita sunt superiorius cap. vigesimo secundo non adificabis domum nomini meo, quia vi-
bellorum es & sanguines effudisti. Et elegit dominus Deus Israel me ex fœta domo patris mei ut essem rex super Israel in seculum: de Iehuda enim elegit principes. Hebraicè habetur. elegit ducem. Sen-
tentia est clara. & de domo Iehuda domum patris mei, & in filiis patris mei me voluit ad regnandum super totum Israel. Et de filiis meis (multos enim filios dedit mihi dominus) elegit Salomonem filium meum. Hinc apparet quod non proprio spiritu ipsius Dauidis sed diuina autoritate prælatus est Salomon fratribus suis. ad sedendum super thronum regni domini super Israel. Agnoscen-
do regnum Israel esse regnum Dei (iuxta scripta Exod. 19. & in primo libro reg. cap. octavo) dicit super thronum regni Iehouah super Israel: ad manifestandum quod humiliter ag-
noscit sedem regni esse Dei, & se ac Salomonem electum ad regnandum super Israel non tanquam in regno proprio, sed tanquam in regno Dei: ut hinc semper præ oculis haberet Salomo quod ad gubernandum Dei regnum esset assumptus. Dixitq; mihi. Quâdo Deus dixerit Daudi in specie subiuncta de Salomone, scriptum non est. Salomo filius tuus ipse adi-
ficabit domum meam & atria mea: ipsum enim elegi mihi in silium.
& ego ero ei in patrem. Et firmabo regnum eius usque in seculum:
si perseveraverit facere precepta mea & iudicia mea sicut hodie.*

Nunc

Nunc ergo. Ad principes congregatos dirigit sermonem. co-
ram vniuerso caue Israel, audiens Deo nostro. Parui reserit quod.
Hebraicè habetur. in oculis omnis Israëlis caues Iehouah & in
antribus Elohim nostri, custodite & requirite omnia mandata domini
Dei vestri. Representatiuè erat ibi omnis Israel in illo prin-
cipum cœtu: quem appellat cœtum Iehouah, eo quod ita po-
pulus quam principes vnti erant in cultu summi Dei. Obte-
stanto itaque principes tum à præsentia populi tum à præ-
sentia Dei, monet ut custodiant mandata Dei. vi hereditatis
terram bonam, & relinquant eam filiis vestris. Hebraicè habetur.
& hereditare faciat silos vestros post vos usque in seculum. Pro-
missionem legis reuocat ad memoriam.

Tu autem Salomo fili mihi, scito Deum patris tui, & serui ei in corde perfecto & animo voluntario: omnia enim corda scrutatur domi-
nus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Hebraicè habe-
tur. & omnem creaturam cogitationum intelligens. Vtrunque de
Deo dicitur: & quod affectus omnes scrutatur, & quod vnde-
tunque pulluler cogitatio intelligit. Et dixit hoc ad manife-
standum, Deo non placere externum cultum absq; interno,
si quæreris eum, inuenietur tibi, si autem dereliqueris eum, prolixi-
te. Hebraicè habetur. faciet obliuisci te in seculum. quod plus
est quam prolixere: oblioio enim etiam spem tollit. Nunc ef-
go. Hebraicè habetur. Vide nunc quod dominus elegit te ad adi-
ficandum domum sanctuaru, confortare & fac. Post dilectionem
Dei monet filium ad adificandum templum.

Dedit autem Dauid Salomonis filio suo descriptionem porticus
& templi. Iuxta Hebraum habetur figura porticus & do-
morum eius & cellatoriū eius. Ex eo quod scribitur non dixi-
sc, sed dedisse Salomoni similitudinem subiunctorum adifi-
ciorum, intelligimus quod pictas dederit similitudines eorum.
& canaculi. Hebraicè habetur, & solariorū eius. Quod autem subditur, & cubiculorum in aliis. Hebraicè habetur,
& aularum eius internarum & domus propitiacionis. Quod autem
sequitur. Necnon & omnis que cogitauerat atriorum & exedra-
rum. Hebraicè habetur. Et figuram omnis quod fuit in spiritu cum
eo, pro atris domus Iehouah & pro omnibus aulis in circumitu. Fi-
gurae ipsorum adificiorum adiungitur figura ornatus reue-
lati Dauidi in spiritu existenti pro atris & aulis & thesauris
&c. in thesauris domus domini & in thesauris sanctorum. Iuxta
Hebraum habetur, pro thesauris domus Elohim, & pro thesauris
sanctitatum.

PRIMI PARALI.

sanctitatum . hoc est pro locis thesaurorum tum domus Elohim tum sanctitatum. Et pro divisionibus sacerdotum & Leuitarum, & pro omni opere ministerij domus domini: & pro omnibus vasibus ministerij domus domini. Pro auro in pondere ad aurea, pro omnibus vasibus singulorum ministeriorum . Multa essent in subiunctis mutanda: sed quia materia non exigit nec sententia variatur, per transeo. pro omnibus vasibus argenti in pondere, pro omnibus vasibus singulorum ministeriorum. Et pondus pro candelabro, aureis & lucernis eorum aureis, in pondere singulorum candelabrorum & lucernarum eorum: & pro candelabro argenteis in pondere pro candelabro & lucerna eius, secundum ministerium singulorum candelabrum. Et auri pondus pro mensis propositionis pro singulis mensis: & argenteum pro mensis argenteis. Et ad fuscinulas & phialas & thuribula ex auro purissimo: & leunculos aureos pro qualitate mensurae pondus distribuit in leunculum & leunculum, similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separavit. Hebraicè habetur. Et fuscinulas & malluuias & calamos ex auro mundo: & pro malluuiis aureis in pondere pro singulo malluuiio, & pro malluuiis argenteis in pondere pro singulo malluuiio. Nulla fit metrio leonum. Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: & ut ex ipso fieret similitudo quadriga Cherubim extendentium alas & velantium arcam fidei domini . Hebraicè habetur. Et pro altari thymiamatis aurum purificatum in pondere: & pro figura equitatus Cherubim aureos, pro expandentibus & tegentibus super arcam fidei Ichonah. Quanvis dictio Hebraica interpretata equitatus sonet equos trahentes currum abiq; certo numero, non tamen intelligendum est dispositio Davidem ut fieret Cherubinorum currus in templo: ut testatur executio facta per Salomonem: huiusmodi enim currus nunquam fuit factus. Sed est sensus quod monstrauit ei figuram Cherubinorum ad officium equitatus: hoc est deditei figuram Cherubinorum non ad hoc ut adorarentur, sed ad hoc ut super eos equitans Deus representaretur: iuxta id quod scriptum est in psalm. decimo octavo & equitauit super Cherubim. Ita quod ordo literæ est. & Cherubim aureos ad figuram seu similitudinem equitatus representandam. Quod autem subditur pro expandentibus & tegentibus, ex Mose sumptum est, qui descripsit Cherubinos expansis alis regentes super arcam: ut in exodo declaratum est. Omnia inquit venerantur scripta manus domini ad me, ut intelligerem vniuersa opera exemplaris.

CAPUT XXVIII.

378

plaris, Hebraicè habetur. Omne in scriptura de manu Ichonah super me: intelligere fecit omnia opera similitudinis. Quia multa ordinauerat David quæ non ordinauerat Moses circa efficienda in templo (ut patet conferenti suprascripta cum scriptis in libro exodi) ideo David manifestat diuina autoritate disponi hæc ab ipso . Et quod dicit omne in scriptura de manu Ichonah super me, non de scriptura corporali intelligendum est, sed de scriptura spirituali: quod videlicet Deus tanquam per scripturam instruxerit eum de istis. Vnde & ad hanc similitudinem manifestandam adiungit fecit intelligere omnia opera exemplaris. insinuat siquidè hinc quod Deus per modū visibilis interno visu monstrauit quasi scripta hæc, quod non solum dedit gratiam videndi sed etiam gratiam intelligendi cuncta opera similitudinis datae Salomoni, intelligentia enim opus est in visione: ut Daniel scripsit. Nec mirandum est de hac noua reuelatione efficiendorum in templo: quoniam quemadmodum Deus noua reuelatione ordinauit fieri templum loco tabernaculi, ita multa ordinauit in templo quæ non erant ordinata in tabernaculo. Oportuit autem diuinam interuenire autoritatem: ne cuilibet liceret templū adificare aut relinquere, & ne crederetur quod David propria autoritate recesserit à decretis per Mosem.

Dixit quoque David Selomoni filio suo: confortare & roboreare, non timeas neque paueas: quia dominus deus, deus meus erit tecum, non dimittet te neque derelinquet te donec perficias omne opus ministerij domus domini . Et ecce divisiones sacerdotum & Leuitarum, in omne ministerium domus Dei : & assistent tibi & parati sunt & nouerunt. Hebraicè habetur. & tecum in omni opere ad omnem spontancum in scientia ad omnem seruitutem . Potestque iungi praecedenti clausæ: ad insinuandum quod divisiones sacerdotum & Leuitarum non solum sunt ad omne ministerium domus Elohim (quod directè spectat ad officia eorum) sed etiam sunt tecum in omni opere in spontaneos & scientes ad quocunque opus fuerit . commendatur enim sacerdotes & Leuitæ quod & spontanea polleant voluntate & scientia ad adiuuandum Salomonem ad omne ministerium. tam principes quam populi facere omnia precepta tua. Hebraicè habetur. & principes & omnis populus ad omnia verba tua. subaudi patati sunt.

PRIMI PARALI.

CAPVT X X I X.

Dicitur David rex ad totam ecclesiam: *Selomonem filium meum unum elegit Deus puerum & tenellum, opus autem grande est, neque enim homini preparatur habitatione.* Hebraicè habetur. *palatum.* Quod autem sequitur, sed Deo. Hebraicè habetur, sed Ichouah Elohim. Quod etiam nomen Elohim scriptum est paulo superius dicendo elegit Deus. *Tois autem viribus meis preparavi impēs domus domini Dei mei.* Hebraicè habet. *preparavi domui Eloha mei.* sed sententia in idem redit. *aurum ad vas aurea & argentum in argentea, as in aenea, ferrum in ferrea, lignum ad lignea.* Paruit refert quod Hebraicè habetur, *aurum ad aurum, & argenitum ad argētum, & as ad as, ferrum ad ferrū, & ligna ad ligna.* Modus loquendi est Hebraicus. *lapides onychinos & quasi stibinos.* Hebraicè habetur genericum nomen, quasi diceretur. *& gemmas.* Et immediate subiungitur. *lapides stibinos & diuersorum colorum, secundum antiquum interpretem.* Non desunt tamen interpretantes carbunculos: sed nomina propria animalium herbarum & lapidum suspecta mihi sunt. Lepides autem appellantur stibini à colore simili stibio, oculos venustos redenti. *& omnem lapidem preciosam & marmor Parium abundans.* Hebraicè habetur. *& lapides marmoreos in multitudine.* Hac enim refert se preparasse tanquam de publico: hoc est ex victoriis multis quas habuerat. Et super hæc qua obtulit dominum Dei mei de peculio meo, *aurum & argentum do in templum Dei mei, exceptis iis qua preparavi in edem sanctam.* Iuxta Hebreum habetur. *Et adhuc volente me erga domum Eloha mei, est mihi peculium auri & argenti; dedi domui Eloha mei, insuper à toto paraui domui sanctitatis.* Tria millia talentorum auri de auro Ophir. Magnitudinem animi propensi erga xđificandam dominum Dei manifestat; adiungendo quod ex charo sibi peculio ultra vniuersa supradicta parata dedit Dei domui tria millia talentorum auri, &c. Et subaudiuntur relativa verbis dedi & paraui. *& septem millia talentorum argenti probatissimi.* Hebraicè habetur. *mūdi.* Quod autem subditur, *ad deaurādo, parietes templi.* Hebraicè habetur, *ad glutinādū parietes domoru-* per modum enim glutini insinuator apponendum aurū. *Aurum ad aurea, & argentum ad argentea, & ad omne opus in manu artifici:* & quisquis sponte offert, implendo manū suā hodie domino. Inuitat ab exemplo suo principes ad offerendum eodem die.

Pollicit

CAPVT XXIX.

379

Pollicit sunt itaque. Hebraicè habetur. Et spontaneos se exhibuerunt, proculdubio ad offerendum, principes familiarum & principes tribuum Israël & tribuni & ceteriones, & principes operis regis. Et dederunt ad ministerium domus Dei, auris talenta quinque millia, & solidorum decem millia, & argenti talentorum decem millia, & arii talentorum decem & obō millia: & ferri centum milia talentorū. Et apud quem inueni sunt lapides, dederunt thesauro domus domini: per manus Ichiel Gherunni. Non quod tūc exhibuerint, sed quod tunc se dare professi sunt: & quia subsecutus est effectus, recte scriptum est, & dederunt. Latitq; sunt populus cum sponte promitterent. Sensum reddit interpres: hebraicè enim nulla sit mentio promissionis, sed tantum spontanæ oblationis, quia corde toto offerebant ea domino. Hebraicè habetur, quia in corde perfecto spontaneos se exhibuerunt ad Ichouah. Vtuntur enim quodam verbo quod circumloquimur per spontaneum se exhibere. Et etiam David rex latatus est latitia magna.

Et benedixit David domino in oculis totius congregacionis: & ait David, benedictus es domine Deus Israël patru nostri, ab aeterno in aeternū. Tua est domine magnificencia. Hebraicè habetur. *Tibi Ichouah magnitudo.* hoc est enim primum. & potentia & gloria & victoria & tibi laus. Hebraicè habetur. & pulchritudo. hæc enim quinque primum Deo attribuit David: quibus adiungit alia quorum primum est, quia omne in celis & in terra tibi Ichouah regnum. Optima ratio predicatorum assumitur ex eo quod totū vniuersum est regnum ipsius Ichouah. Deinde immediate sequitur. *& exaltans se ad omne in caput.* quantumcumque superbis aliquis seipsum super alios exaltet in principem, tibi subiicitur, à te proficiscitur. Sequitur. *Et diuinitas & honor à facie tua.* subaudi proficiscitur. Postea sequitur. *& tu dominas in omni, & in manu tua virtus & potentia;* & in manu tua ad magnificandum & ad fortificandum ad omne. Nec sumitur hic virtus pro virtute morali, sed pro viribus proficitur enim David omnes vires hominū & animalium & rerum naturallium omnemq; potentiam subiici diuinæ operationi, & demū actiones omnes tam grandientes quam fortificates esse sub manu Dei. Nunc igitur Deus noster. Non enīt Eloha. Et quorsum tendit hæc oratio manifestat. cōfitemur tibi & laudamus nōmē tuum inclytum. Hebraicè habet gloria tua. quod plus est quam inclytū. Quis enim ego, & quis populus meus, ut possumus Bbb ij hæc

PRIMI PARALL.

hac tibi vniuersa promittere? Parui refert q̄ Hebraicē habetur, quod obtinebimus virtutem vt simus spontani sicut hoc? Agnoscit David quod nec ipse nec populus ex propriis sat est ad praesens officiū spontanea oblationis sicut erat illa, sed ex dono Dei hoc proficiisci fateſ. Propter quod subdit, tua sunt omnia, & que de manu tua accepimus dedimus tibi. Hebraicē habetur, quia à te omne, & à manu tua dādimus tibi, insufficientia ſuā & populi manifestat: quia omnia bona sunt à Deo, & nō de manu noſtra, ſed de manu tua profecta dare poſsum⁹ tibi. Peregrini enim ſumus corā te, & aduenas sicut omnes patres noſtri. Lege vigiliūm quinto capitulū Leuitici: & inuenies terra promissionis proprietatem reſeruafſe ſibi Deum, & filiis Iſrael dediſſe eam quo ad viſum tanquam peregrinis. & propterea David fatetur ſe & populum corā Deo eſſe peregrinos & aduenas in terra quemadmodum & patres eōrum: agnoscit enim proprietatem terre reſeruatam. Decſcendit umbra dies noſtri ſuper terram. Post agnitionem ſui quo ad locum, aptè ſubiungitur agnitionis ſui quo ad tempus vitæ. Comparatur autem tempus humanae vitæ umbræ: quæ quanto magis crenſit, tanto deterioř fit & ad nihilum tendit. Talis enim eſt progresſus dierum vitæ noſtræ, nam continuo nati deficitus eſſe: quilibet enim dies adiunctus adimit tempus vitæ noſtræ. & nulla eſt mora. Hebraicē habetur, & non ſpes, ſubauditur permanendi. continuo enim dum augentur dies noſtri, properamus ad non eſſe quemadmodum umbra crenſens. Domine Deus noſter, omnis copia hac quam parauiimus ad alſicandum tibi domino homini ſancto tuo de manu tua eſt, & tua ſunt omnia. Hebraicē habetur, & tibi omne ſupple redditur. Scī Deum meus quod probes corda & simplicitate diligas. Hebraicē habetur, Et noui Elohe mi quod tu diſcernens cor, & rectitudines voles. Paruipendens vniuerſas res oblatas (aurū argentum &c.) manifestat ſe noſſe quod Deus ponderat non externas res, ſed corda offerentium, & quod placet ei interna rectitudo cordis. & propterea subdit. unde & ego in simplicitate cordi mei latuſ obuli: vniuerſa hec. Hebraicē habetur, ego in rectitudine cordi mei me ſpontaneū exhibui in vniuerſis iſiū. Fatetur cum interna rectitudine spontaneam feciſſe oblationem exterrarum rerum. & nunc populu tuum hic inueniū vidi cū ingēti gaudio offerre tibi donaria. Circulatio eſt ſpontanea voluntatis. Domine deus Abrahā Iacob & Iſrael patri noſtrorum, cuſtodi in eternū hanc voluntatem cordis corum:

CAPVT XXIX.

380

corū, & ſemper in venerationē tui mens iſa permaneat. Heb. habet. cuſtodi hoc in eternū ad creationem cogitationū cordi populi tui: & dirige cor eorum ad te. Orat deuotus rex ſimul pro populo vt hunc animum ſpontaneum ad diuina cuſtodiāt deus in eis in eternū in parte intellectuā quo ad omnem creatioñem cogitationum, vt ex nulla cogitandi radice pullulet aliq[ui]d contra hunc ſpontaneum animum: deinde quo ad partem affectuā & cor eorum ad ipsum Deum dirigat. Selomon quoque filio meo da cor perfectū: ad cuſtodiendum precepta tua, teſtimonia tua & ſtatuta tua, & ad faciendum omnia & ad alſicandum palatum quod prepaſſauſi.

Dixit autem David toti congreſationi, benedicte quao domino deo veftro: & benedixit tota congreſatio domino deo patri ſuorū. Quibus verbis vteban̄ laudando Deum, non eſt iſcriptū quo ad populum. & inclinauerunt ſe & adorauerunt dominum & regem. Inmolauerintque viſtimas domino, & obtulerunt holocausta domino die ſequenti (tauroſ mille, arieſ mille, agnoſ mille, & libamina eorum) & vniuerſo ritu abundantissimi in omnē Iſrael. Heb. habet & ſacrificia in multitudine omni Iſraeli, in huiusmodi enī ſolennitatibus (cū tanta erat copia viſtimarū) ſacerdotes acceptis iis quæ ſufficiebāt p̄ viſu eorū, ergo abat portiōnes suas populo, vt pat eſt credere. Comeſerintque & biberunt coram domino in die illa in latitia magna: & regnare fecerunt ſecundō Selomonem filium Dauid, vnxerintque cum domino in ducem. prius enim vnde erat abſque conuocatione totius Iſrael: vt ſcriptum eſt. 3. reg. 1. voluit autē David vt iterum preſente vniuerſo Iſraele & approbatē yngreterut Salomon in regem. & Zadoc in pontificē. Clāre patet quod tempore Davidis Zadoc fungebatur pontificatu. Sed iaq. Selomo ſuper ſolium domini in regem pro David patre ſuo, & proſperatus eſt: & paruit ei totus Iſrael. Et omnes principes et potentes, & etiā omnes filii regis David dederunt manum ſub Selomone rege. Magnificavitq[ue] dominus Selomon in excelsis in oculis totius Iſrael: & dedit ei gloriam regni qualeſ nullus habuit ante cum rex Iſrael.

Igitur David filius Iſai regnauit ſuper totum Iſrael. Et dies quibus regnauit ſuper Iſrael, quadraginta anni: in Cheb̄ron regnauit septem anni, & in Ieruſalaim regnauit tricentatribus. Mortuusque eſt in ſenectute bona, plenus. Patui refert q̄ hebraicē habet. ſatur dierū, diuinitarū & honoris. ſuperius enim declarata eſt huiusmodi ſaturitas, regnauitq[ue] Selomo filius eius pro eo. Gesta autē

Bbb iiiij

David

SECYNDI PARALI.

David priora & posteriora: ecce ipsa scripta sunt in libro Samuelis videntur. Quanuis apud hebreos tam primus quam secundus liber regum Samuelis nomine sit insignitus: ex eo tamen q. Samuel mortuus est ante regē Saulem & gesta Daudis scripta in secundo libro fuerunt post mortem Saulis, patet quod liber secundus non potest attribui Samueli tanquam authoris. Forte uterq; liber attribuitur Samueli tanquam materiae, eo quod utriusq; libri materia est Samuel & opera eius: Saul videlicet & David: fuerunt enim ambo reges quasi creature Samuelis & præter hoc incepit ipse Samuel scribere hos liberos; & in primo quidem libro scripta sunt priora gesta Davidis, in secundo autem (cuius author nescitur) scripta sunt posteriora. & in libro Nathā propheta & in verbis Ghad videntur. Caremus libro tam Nathan quam Ghad. quomodo autem fuerint perditū aut quando, nescimus: neque enim apud hebreos inueniuntur. Cum toto regno eius & potentia eius: et temporibus que transierunt super eum & super Israel, & super omnia regna terrarum. Finitur primus liber parali. Romæ die decimaseptima Ianuarii. 1532.

THOMAE DE VIO
CAIETANI CARDINALIS
SANCTI XYSTI, IN SECUNDVM
librum Paralipomenon commentarij.

Roborat⁹ est ergo Selomo filius David in regno suo: & dominus erat cū eo. Deficiunt dux dictiones: legendum est. & Iehouah Eloha eius cū eo, & magnificavit eum in excelsum. Deo attribuitur gradire Salomonem, & Salomon describitur cultor summi Dei. præcepitq. Heb. habet. Et dicit Selomo. simplici enim verbo sat erat innuere. vniuerso Israeli: tribunis & centurionibus & iudicibus & omnibus duicibus totius Israei capitibus familiarum. Constructio est appositiva, ad declarandum quod non inuitauit vniuersum Israelem in seipso populo, sed in tribunis, centurionibus &c. Iustique Selomo

CAPVT I.

381

& tota congregatio cum eo ad excelsum quod erat in Ghibbon. Historia hæc tractata est. 3. reg. cap. 3. vbi erat tabernaculum fædus Dei. Hebraicè habetur. quia ibi fuit tentorium adunationis Dei quod fecit Moses seruus Dei in deserto. Vide quanto tempore durauit tabernaculum factum à Moysi in deserto. Arcam autem Dei. Nomen est Elohim. ascendere fecerat David de Cœl*i*ath*i*ies harim, cum prepararet ei David; quia exiedit ei tentorium in Ierusalem. De hac deductione arca scriptum est & in primo libro cap. 13. & in secundo regum cap. 6. hic autem commemo-ratur ad manifestandum quod Salomone eunte ad tabernaculum Dei factum à Moysi, non erat arca Dei in illo tabernaculo, sed in Sion. Et altare æneum quod fecerat Bezal^{el} silius Uri filius Chur, ibi erat coram tabernaculo domini: requisitusque illud Selomo & congregatio. Ascenditque Selomo illuc ad altare æneum coram domino, quod erat tentorio adunationis: & obtulit super illud holocausto mille. Ratio ascéndēdi ad excelsum Ghabaon, redditur oblatio super altare illud. Nec sis ita rudis ut intelligas regē obtulisse per seipsum holocausta: sed secundum legis morem mediis sacerdotibus.

In nocte illa apparuit Deus Selomoni. Nomen est Elohim: quod etiam repetitur cum subiungitur quod dixit Salomon Deo. dixitque ei, pete quod dem ibi. Dixitque Selomo Deo: tu fecisti cum David patre meo misericordiam. Hebraicè habetur. gratiam magnam, & regnare fecisti me pro eo. Et similiter cum dicitur. & nunc igitur domine deus impletatur sermo tuus quem pollicitus es David patrem meo. Hebraicè habetur. Nunc Iehouah Elohim, firmetur verbum tuum cum David patre meo. Interpres addidit reliqua. tu enim regnare fecisti me super populum multum sicut puluerem terre. Modus loquendi hyperbolicus est. Damibi sapientiam & intelligentiam. Legendum esset. Nunc sapientiam & scientiam damibi, ut scire referatur ad notitiam, sapere autem ad iudicium. & egrediar coram populo isto & ingrediar. Vniuersae actiones comprehenduntur sub introitu & exitu. quis enim iudicabit populum tuum hunc magnum? Dixit autem Deus Selomoni. Nomen est Elohim. quia hoc placuit cordi tuo & non postulasti diuitias & substantiam & gloriam. Hebraicè habetur. diuitias, gemmas, & honorem, & animas odiuentium te, & etiam dies multis non postulasti: & postulasti tibi sapientiam & scientiam quibus indices populum meum super quem regnare feci te. Sapientia & scientia dare sunt tibi; Diuitiasque